UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XLII. De Baptismo & ejus effectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

ſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſanguinis: quæ converſio dicitur recepto in Eccleſia vocabulo *Tranſubſtantiatio.*

*Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 4.*

## De Baptiſmo & ejus effectu.

## TIT. XLI.

Secundum locum inter res Clericorum Regularium & Laicorum communes obtinet Baptiſmus, omnibus ad ſalutem neceſſarius.

*Quid eſt Baptiſmus?*

*c. 1. & pen. h. t.*

BAptiſmus eſt Sacramentum regenerationis, per aquam in verbo vitæ. Nimirùm accedente verbo ad aquæ elementum hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

*Quis eſt miniſter hujus Sacramenti?*

Ex officio incumbit illud ſolo Sacerdoti. In caſu verò neceſſitatis quilibet alius baptizare poteſt, etiam hæreticus & infidelis, modò formam ſervent ab Eccleſia receptam, & facere intendant quod facit Eccleſia. Item mulier abſente marito, Nemo tamen etiam in neceſſ-

*can. ſolet & paſſim.*

ceſſitate ſeipſum baptizare poteſt, quia inter baptizantem & baptizatum debet eſſe perſonarum diſcretio.

*diſt. 4. can. Mulier d. diſt. 4 c. 4. h.t.*

*Quotuplex eſt Baptiſmus?*

Vulgo triplicem faciunt, alium *Fluminis*, alium *Flaminis*, alium *Sanguinis*, ſed primus, qui fit per aquam, eamque veram & naturalem, veram quoque naturam Sacramenti; reliqui duo, ut qui fit per contritionem & converſionem ad Deum, & per martyrium, effectum duntaxat Sacramenti habent.

*d. c. 4. h. t. & c de presb. non baptiſ.*

*Quid eſt effectus Baptiſmi?*

Omnium peccatorum remiſſio: peccati, inquam, non tantùm originalis, verùm etiam in adultis cujuslibet actualis præcedentis.

*Cõc Trid. ſeſſ. 5. de peccato orig.*

*Cur in Baptiſmo adhibentur Patrini?*

Ut fide ac profeſſione eorum illi, qui per ſe credere vel loqui, & pro ſe reſpondere non poſſunt (veluti parvuli, muti & ſurdi) Sacramentum Baptiſmi ſuſcipiant. Suntque patres quidam luſtrici, qui tenentur baptizatum inſtruere in neceſſariis ad ſalutem, veluti in Symbolo Oratione Dominica &c. propriis parentibus mortuis, vel id facere negli-

*can. Parvuli 74. cum c. ſeq. diſt. 4.*

gentibus Dicti & Sponſores Suſcepto-
*can. Non* reſque, vulgò Patrini, Matrinæque
*plures* Neq; enim intereſt vir ſine mulier bap-
*101. de* tizatum de fonte ſacro ſuſcipiat, plures-
*diſt. 4.* que quàm duos; id eſt unum & unam
*ſeſſ. 24. c.* adhiberi vetat Conc. Trid.
*2. de re-*
*format.* De Presbytero non baptizato!
*trim.*

## TIT. XLII.

Baptiſmus omnibus adeò eſt neceſſa-
*c. 1. & 3.* rius, ut ſi quis non baptizatus ſacer-
*h. t.* dotio eſſet initiatus, tamen ordinis
characterem non reciperet ac proin-
de baptizandus & iterum conſe-
crandus eſſet.

*Quid ſi ab omnibus creditus fuerit bapti-
zatus, & demum poſt mortem conſti-
terit non fuiſſe bapti-
zatum?*

HOc caſu omiſſio Baptiſmi ei non
nocebit, ſed perinde erit, ac ſi fuiſ-
ſet baptizatus quia, ut inquit D. Augu-
ſtinus baptiſmus inviſibiliter miniſtra-
tur, quem non contemptus religio-
*c. 1. h. t.* nis ſed terminus neceſſitatis
excludit.